

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Trinitas g cum fonte primo et editione 1550

Est trinitas a qua homo cecidit, scilicet Pater, Filius et Spiritus Sanctus; et est trinitas que cecidit, scilicet memoria, intelligencia et uoluntas; et

est trinitas in quam ista cecidit, scilicet impotentia, ignorancia et concupiscencia. Nam

memoria cecidit in cogitationes affectuosas, onerosas et ociosas.

Intelligencia cecidit in ignoranciam ueri et falsi, boni et mali, commodi et incommodi.

Voluntas cecidit in concupiscenciam carnis et concupiscenciam oculorum et superbiam uite.

Et est trinitas per quam ista resurget, scilicet fides, spes, caritas:

fides articulorum, preceptorum et sacrorum; spes uenie, graciae, et gloriae; caritas corde puro, consciencia bona, et fide non ficta.

Bernardus in sermone de trinitate.

Dicamus ergo:

Est Trinitas creatrix: Pater et Filius et Spiritus Sanctus, ex qua cecidit creata trinitas: memoria, ratio et uoluntas. Et est trinitas per quam cecidit, per suggestionem, delectationem, consensum.

Est trinitas in quam cecidit: impotentia, caecitas, immunditia. Rursus trinitas quae cecidit, id est memoria, ratio, uoluntas. Singulae cuiusque sit tripertitus casus.

Memoria cecidit in tres species cogitationum, affectuosas, onerosas, otiosas.

Ratio in triplicem ignorantiam, boni et mali, ueri et falsi, commodi et incommodi.

Voluntas in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem saeculi.

Est trinitas per quam resurgit, scilicet fides, spes, caritas.

Quae trimembres habent subdivisiones. Est enim fides praeceptorum, signorum, promissorum; et est spes ueniae, gratiae, gloriae; et est CARITAS DE CORDE PURO, ET CONSCIENTIA BONA, ET FIDE NON FICTA.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 45, 6 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.265-6, ll.14-21, 1-3).

Est Trinitas creatrix. Pater & filius & Spiritussanctus. ex qua cecidit creata trinitas: memoria, ratio et uoluntas. Et est trinitas per quam cecidit, per suggestionem, delectationem, consensum.

Est trinitas in quam cecidit: impotentia, caecitas, immunditia. Rursus trinitas quae cecidit, id est memoria, ratio, uoluntas. Singulae cuiusque sit tripertitus casus.

Memoria cecidit in tres species cogitationum, affectuosas, onerosas, otiosas.

Ratio in triplicem ignorantiam, boni et mali, ueri et falsi, commodi et incommodi.

Voluntas in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem saeculi.

Est trinitas per quam resurgit, scilicet fides, spes, caritas.

Quae trimembres habent subdivisiones. Est enim fides praeceptorum, signorum, promissorum; et est spes ueniae, gratiae, gloriae; et est caritas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

Bernardus in sermone paruus. sermone 1. quem totum lege.

*Flores omnium fere doctorum* (Venetiis, 1550),

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Trinitas g  
cum fonte primo et editione 1550

fol.519v-520r.